

mibi polliceor a Te, Serenissime Princeps, quem Nobilissimi Senatus vota eum in locum perduxere, ubi omnium Virtutum, quæ in Te confluerunt, munia facilius & eminentius exerceas. Sospitet diutissime Deus Optimus Maximus Serenitatem Tuam, & fausta quæque tribuat inclite Reipublicæ Tuæ, cujus felicitas non nostræ modo Italiæ, sed etiam Christianæ Reipublicæ, felicitas est.

Serenitatis Tuæ

Matinæ III. Non. April. MDCCXII.

Humillimus, Addictissimus, & Obsequentissimus Famulus
Ludovicus Antonius Muratorius.